

**Honor Ultimus Metricus Beatissimis Manibus ... Dominorum Dn. Johannis Christophori, & Dn. Wilhelmi de Gera/ Fratrum Germanorum Liberos Baronum in Eschelberg Liechtenhagen & Waxenberg/ &c. &c. Ut Et ... Dominarum Dnae. Susannae Catharinae Dominae ab & in Volckenstorff/ Dni. Wilhelmi Uxoris, Et Dnae. Annae de Jonge a Bardwick, Dn. Johannis Christophori Coniugis, Circa institutam die 4. Maii Anno 1660. solennem ... funerationem non immerito habitus In Universitate Rostochiensi**

Rostochi[i]: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777446170>

Druck Freier  Zugang





Willebrandt, A.,  
**in J. C. v. Gehra**  
PP.

Rostock. 1660.

35
















HONOR ULTIMUS METRICUS

Beatissimis Manibus

*per illustrium & Generosissimorum Dominorum*

DN. JOHANNIS CHRISTOPHORI,

&

DN. WILHELMI de **GENA**

Fratrum Germanorum,

Liberorum Baronum in Eschelberg Lichtenhagen

& Woxenberg / &c. &c.

Ut ET

*Illustrium Dominarum*

DNÆ. SUSANNÆ CATHARINÆ,

Dominæ ab & in Volckenstorff /

Dni. WILHELMI Uxoris,

ET

DNÆ. ANNÆ de Jonge à Bardwick,

Dn. JOHANNIS CHRISTOPHORI

Conjugis,

*Circa institutam die 4. Maji Anno 1660. solemnem*

*utriusq; Paris Generosiss. funerationem non*

*immerito habitus*

In Universitate Rostochiensis.

•• (o) ••

ROSTOCHI,

*Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typogr.*

*Anno M. DC, LX.*



HONORABILISSIMO PATRI  
D. JOHANNI CHR. STORCK  
D. WILHELMO DE GÖTTEN  
D. ELSAENNE CATHARINE  
D. ANNE de Jonge Bardwick  
D. JOHANNIS CHR. STORCK  
In Libris  
Rostock





*U*aprocul à Patriâ, nostris Confessio  
**CHRISTI,**

*Deposuit terris, molliter Ossa cubent!*

**HERMANNUS Schuckman/D.**  
Colleg. Theol. Senior.




**I**llustres Cineres & debita nomina cœlo  
**GERAIDUM** hac Pietas Condere iussit humo.  
Cætera dant superi; magnumq; in secula nomen,  
Cujus Principium Balthica **SUSAN** erit.

Tu, lector, noli hic tantis Heroibus æquam  
Pompam, nec titulis quærere saxa suis.  
Namq; hinc Fortunas pulsi sprevere patritas;  
Omnia quod Mundi ludibrium esse putent.

**CASPARUS MAURITIUS, D.**

*P. P. & Superint.*



**I**N latum passim dum sese Vesta Virorem  
Induit, & vario flore superba nitet,

Illustres aliquot tristi marcere Barones  
Extinctos eheu! nostra recondit humus.

Sed quoq; tempus erit, cum graminis ossa virebunt  
Instar, caelestes deinde petentq; domos.

Quinimò in **CHRISTO** quisquis sua lumina claudit,  
In vita aeterna limine victor ovat.

**DANIEL LAGUS, S. Theol. D.**


*Quos*



Quos heic HEROAS, sævæ violentia fortis  
Junxerat, en jungunt spicula mortis humo.  
ILLUSTRES ANIMAS arx celsa recepit olympi:  
Corporis exuvias muta sepulchra tegunt.  
Quid nunc exilium, quid prava licentia belli?  
Vel quid fortunæ vis inimica nocet?  
Exilium, fraudes, vim, morbos, damna, malorum  
Quicquid & orbis habet, nunc superasse juvat.  
Bella quidem patriis potuerunt pellere terris:  
At restat cælum, patria vera piis.  
Cælum, quod CHRISTUS, devictâ morte, reclusit  
Morte suâ, sanctis claudere nemo potest.

HENRICUS RAHNE, J.D.

& Prof.



IS longe vixit, qui non male vivere scivit,  
Et navi ad portum ducitur absq; metu.  
Felix hinc mundo qui sic denascitur. Ille  
Non moritur cœlo. Vitaq; longa sibi est.

Condolent: erg. f.

D. CONRADI, D.



Peccatum sequitur Mors. Felix, quem quatit hora  
Ultima præcinctum. Cœlica gaudia habet.

Thomas Schmiedl D.

EPICE-



## EPICEDIUM.

**O** Conclamatum seclum! virtutis & expers,  
Quo ferè nil Fidei salvificantis adest;  
Ac æterna salus parvi curatur ab Orbe,  
Dum mala perversis corda repleta bonis;  
Maxima pars hominum curat Mundana, suisq;  
Colligit argentum, delitiasq; sapit;  
Religionis Amor, Fideiq; Professio veræ,  
In perpaucorum pectore firma sedent:  
Sed quibus est pietas cordi, sincerus & ardor  
In Christum Fidei, cogitur ire foras,  
Cogitur extorris proavitas vertere terras,  
Exul & ignoto vivere sæpe solo.  
Contigit egregis ut idipsum, stemmate claro  
Baronum natis, eximiisq; viris,  
Queis modo postremum tumuli præstamus honorem;  
Illorum ac tumbæ condimus exuvias,  
Quorū CHRISTOPHORUS patienti pectore Christum  
Portat, & hinc Mundi per mare salvus abit;  
Alter WILHELMUS placidum dum VELLE Jehovæ  
Rebus in adversis perficit, æthra subit:  
Par fratrum Christo constanti corde fidele  
Quod fuit, ac Christum deseruisse nequit,  
Deseruere suam Patriam, Sedes & Avitas,  
Et peregrinantes hoc coluere solum.  
Sed tamen haud Patriam, nam Patria vera sub axe  
Illis cœlorum speq; Fideq; fuit,  
Hinc abiire modò mutarunt firma caducis,  
Pro terris cœlum fidereasq; Domos.  
O felix animi cui gratia contigit ista,  
Ut licitum placidè cum Simeone mori.

is licet



Is licet in terris fuerit Peregrinus & Exul,  
In coelo ut Patria sede beatus ovat.

*ad Expetitum R. Facul. Theol. scriptum  
ac transmissum a.*

M. Johanne Steinio,  
Pastorum ac Minist. Rostochiensis  
Seniore ac Poet. Cæsar.

**Q**uos hominum Sathanæq; furor pietatis amore  
Ardentes quondam dulcipatriâ expulit. Illos  
Cœlestem in patriam translatos non dubitamus.  
O benè mutatum! Quia mansio Sanguine Christi  
Parta ibi; gratetur quis non ex pectore Sortem?

*Hæc L. m̄q; P.*

M. Rembertus Sandbageni  
Ad D. Nicolai ibid. Ecclesiast.

**N**obile par FRATRUM, junctis sociabus amatis  
BARONUM siccâ nunc tumulantur humo.  
Qui veræ pietatis erant, cultusq; sereni  
Cultores Trinum, jam coluere DEUM,  
Credimus in coelis, cum sanctis flectere vocem  
SANCTUS ter SANCTUS, TRINUS & UNUS  
Amen!

*scrib. in tumult.*

*Generosorum Dnn. Baronum de Gerà &c.*

M. Michael Wagnerus,  
Ecclesiastes Catharinianus.  
BARO



BARO

Anagr.

ORBA.

**R**eligio orba suis radiis quid? Mortis imago;  
Nil verâ melius Religione datur.  
At quid Religio? Sincerâ mente fateri,  
Quod JESUS Deus & quod fiet ipſus Homo.  
Accedat fidei cordis dilectio. Nulli  
Sanctorum cultus Religionis erit.  
Religio mihi ſit, Divinum reddere Honorem  
Sanctis, qui ſolum respicit usq; DEUM.  
Hanc etiam pluris noſtri fecere Dynaſtæ,  
Conſtanter verum qui coluere DEUM.  
Illuſtres Anima! Stirpis Generoſa Propages  
Magna! Cultores pectore & ore DEI!  
Divitias patrias, patrias cur linquitis oras?  
Vrit VOS Pietas, intemerata Fides.  
VOS Salvatoris præceptum namq; ſequuti  
Flocci duxiſtis quod malus orbis habet  
Centuplicata POLUS jam VOBIS reddit. IOVA  
Jam VOS æternum TRINUS & VNUS amat.

De beatiffima in Paradifo cæleſti cum JESU  
converſatione Generoſi ANIMVLIS  
ex animo ita gratulatum  
eo L. M. Q.

M. Blaſius Grabiſus, Mülh.

Thuring. Sch. Roſt. Sen.  
Rector.

In



**I**n Terris qui Gēte *BARO* Virtuteq; Magnus  
Atq; verendus erat, mortuus Altra subit.  
Ille diu *ervit* qui longūm vivit in orbe,  
Felix, qui *coeli Libera* Regna colit.

*Condolentia ergo se.*

**M. Georgius Niehencf.**























*Uaprocul à Patriâ, no*  
**CHRIS**

*Deposuit terris, moll*

**HERMANNUS**  
Colleg. Theo



**I**llustres Cineres & debita nomina co  
**GERAIDUM** hac Pietas Conder  
Cætera dant superi; magnumq; in secu  
Cujus Principium Balthica **SUSAN**  
Tu, lector, noli hic tantis Heroibus  
Pompam, nec titulis quære saxa  
Namq; hinc Fortunas pulsi sprevere  
Omnia quod Mundi ludibrium esse

**CASPARUS M**

*P. P. & Sup*



**I**N letum passim dum sese Vesta U  
*Induit, & vario flore superba*  
Illustres aliquot tristi marcure Baro  
*Extinctos eben! nostra recondit ha*  
Sed quoq; tempus erit, cum graminis  
*Instar, calestes deinde petentq; dom*  
Quinimò in **CHRISTO** quisquis sua  
*In vita aterna limine victor ovat.*

**DANIEL LAGUS**



the scale towards document  
...essio  
...bent!  
.../D!  
...o.  
...C,D.  
...nt  
...dit,  
...D.  
...Quos